



**L**ONGOLIUS membrum Ciceronis amabile sectæ,  
Mellifluo potuit cum Cicerone loqui.  
Nomen ab hoc, *dilectæ*, geris; Sed major es illo,  
Ille fori, sed Tu svada futura chori.

Laurea testis adest: Hinc auguror, audiet olim

LONGOLIUM è cathedrâ dogmata sancta loqui!

*Auditori suo æstumatissimo de promeritis honoribus  
Magistralibus ita gratulab.*

L. Johannes Schmidius, P. P.

& Academiae h. t. Rector.

**P**Hœbi purpureo Solis flos fulgure ridet  
Et comitatur iter fidus in omne comes:

Sic tibi, LONGOLI, letis blanditur ocellis

Virtus, inque sui traxit amata vias.

Ambigis? en loquitur testis Peneia Daphne,

Hac tua condecorans tempora docta die.

*Applaudendo scribeb.*

JOH. OLEARIUS, D. & P. P.

Capituli Cizens. Senior.

**L**ONGOLI Sophiæ felix virtute, polorum  
Vertice perdocto sidera clara feris.

Gressibus eximiis etiamnum perge Siona

Scandere, sincerâ quò pietate mices!

*Hoc voto devoto animatus Clariss. Dn. Magistro  
gratulabatur*

D. Andreas Petermann / P. P.

**M**acte caput mitrâ, mentem artibus unctæ, Magistri  
Per Sophiam titulo nomen adaucte novo.

Uttere sorte tua: studiis hac addita merx est,

In quibus & labor est amplus, & amplus honor.

Perge ita, quæ magna est, fiet laus major; & inde

Qui cupis ingenio vivere, vivus eris.

M. Hieronymus Dicelius.

p. r. Decanus Facult. Phil.

**T**E quoque pulcher honor liquidis circumvagus auris  
Altus inauratis sæpe secutus equis.

Fugisti; sed, chare, fugâ cum prensus in ipsa,

Et victus meritis erubuisset honor,

Non pudet à merito, dixit, me pectore vinci,

Sed vinci toties à fugiente pudet.

*Gratulatus honorem meritum scribebat*

L. Joh. Cyprianus, P. P.

**S**unt homines quidam deformes intus & extra;  
Ast Tu, LONGOLI, pulcher utrinque cluis.

Gau-

Gaude, chare Parens, de gnato, pulchrior ille  
Evadens porro splendida signa dabit.

Ornatissimo Longolio, Auditori suo diligentissimo,  
ex animo gratulatur

M. Valentinus Friederici,  
Sanctæ Linguae Prof. Publ.

**Q**ui patriâ longus, longus non mole, sed amplâ  
Es virtute, Tibi secula longa precor!

Paucis verbis, sed prolixiori affectu summos in Philosophia  
honores svavissimo DN. Affini suo gratulatur, omnige-  
namque gratiam & benedictionem Cælestem animitus  
comprecatur,

M. Immanuel Horn,  
ad D. Thomæ Ecclesiastes Vespertinus.

1.  
**S**ind zwey Tugenden / wer sich zu diesen lenckt /  
Und / wenn er etwas thut / an sie beständig denckt /  
Dem fehlet weiter nichts auff dieser weiten Erden /  
Sie heissen Gottesfurcht und unverdrossner Fleiß.  
Denn / was der Helicon, und was die Erde weiß /  
Das kan uns insgesammt dadurch zu theile werden.

2.  
Mein werthgeschätzter Freund hat beyde wohl bedacht /  
Drum / da man Ihn sekund zum Lorber würdig macht /  
So kan Er allzuwohl den klaren Nutzen sehen /  
Er fahre ferner fort mit Fleiß und Frömmigkeit /  
So weiß ich ganz gewiß / es wird noch ferner weit  
In allem / was er thut / des Herzens Wunsch geschehen.

Seinem Hochwerthen Freunde / als er mit Ruhm Magister wurde  
setzte dieses Beniae zu schuldaen Ehren

M. Johann Günther / Diac.  
zu St. Nicolai und Collegiat bey dem Frauen  
Collegio.

**N**on opus ut laudem Clarios Longolii agones;  
Testis enim Sophies mitraque testis adest.

Imque feci

M. Joh. Gottlieb Hardt /  
Assessor Facult. Philos.

**N**on alio gaudet splendore nitescere Virtus,  
Sed proprium poscit spargere ubique jubar.  
Spargis virtutis radios, dilecte, coruscos,  
Fortunæque audis conditor ipse Tuæ.  
Sic merito meriti Tibi conceduntur honores,  
Ut Natum gnavum sentiat inde Pater.

Cum novis honoribus Magisterialibus ornaretur Nobiliss. Dn. Candi-  
datus, Eidem votivus ita acclamare voluit

M. Christ. Zoëga,  
Facult. Phil. Assessor.

**Q**uamvis pigra mihi jaceat sine fomite lingua,  
Nec valeam dignis reddere digna viris.

Atta-

Attamen in paucis multum dilecte Sodalis,  
Mens Tibi quid verò corde vovere flagrat.  
Longa quidem Longis quadrant, hinc carmine longo  
Tu mihi LONGOLI condecorandus eras.  
Ast me novisti parvum, cui frigida vena est,  
Hinc longo paucis accino: Vive, Vale.

Joh. Ludov. Feltrupff, Vollenâ Frisius.  
Phil. & Theol. Stud.

**S**o wird demnach an Dir / mein werther Freund / gespüret /  
Wie dem / so Weisheit liebt / sein Lohn wird zgedacht /  
Da diese man Dir selbst als deine Braut zuführet /  
Und von dem Mufen-Chor ein Brautlied wird gemacht.  
Ganz Leipzig weiß iezund allein davon zu sagen /  
Ein ieder legt bey Dir den frohen Glück-Wunsch ab /  
Und will nach andrer Lust vor dißmahl gar nicht fragen /  
Damit er nur daran sein best Vergnügen hab.  
Zwar ich / ô wiedrigs Glück! muß iezo Leipzig meiden /  
Doch soll auch da mein Geist sich heute stellen ein /  
Ich ruffe gleichfals zu mit ungemeynen Freuden:  
Gut laß Dich mit der Braut recht wohl vergnügen sein.

Johann Christian Hercker / der heil. Schrift ergebener.

**D**elphica Lipsiacis frondescens Laurea rivis  
Te decorat, sacroque premit Tua tempora fronde?  
Certanti datur hæc: Multo sudore parasti,  
Ut cingat doctos frondens crinale capillos.

Joh. Georg. Thamm, Dresd. Med. Stud.

**S**iccine frondosa præcingis tempora lauru,  
Sertaque circumdas implicitura comas?  
Recte agitur: Magni dant præmia magna labores;  
His magnus vendit præmia magna Deus.  
Gratulor ergò Tuos in tantum crescere honores,  
Ter magis ut solito mactus honore cluas.

Gabriel Klinger / Dresd. Med. Stud.

**H**os Tibi Pansophia Boreas si servus honores  
Virtutis messem detulit atque decus,  
Quid queso eximium, Longoli docte, parabit  
Purpurei Veris mitior aura Tibi?  
Mutet honos nomenque tuum sic omnibus annis  
Postremâ semper sed superante vice!


Joh. Theod. Mullerus, Phil. & Theol. Cultor.

**A**rs est longa, brevis sed vita; colende Magister  
Artem Tu longam longa per æva colis.  
Longam nunc artem compensant præmia longa;  
Longam dent vitam, non tibi fata brevem?

Carolus Gothofredus Engelschall / Phil. & Theol. Stud.

**S**ic tandem venit, Patruelis, ad ardua virtus,  
Sic labor & pietas præmia larga ferunt.  
Sic exoptati post prælia multa triumphi,  
Sic TE victorem pulchra corona decet.  
Hinc pia vota fero TIBI, mi peramande Magister,  
Hoc opus in cælis comprobat ipse Deus!  
Crescat & occulto velut arbor crescit in hortis  
Ævo fama, precor, Longoliana! Vale.

Joh. Dan. Longolius, Bisschofvv. Mißn.



AXIOMA  
PHILOSOPHIÆ SUMMUM

VIR O

JOHANN  
LON

IEL

Langebr. Misn. P  
Theolog. C

SS.

Die XXXI. Jan.

iter

ACADEMI

Gratulatoriis, q  
exc

PATRONI, P

S

atque

Literis ZE

